

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Opera S. Matris Teresae De Iesu Carmelitarvm Discalceatorum et Discalceatarum Fundatricis**

Jn duas partes distincta

Continens I. Viam Perfectionis. II. Castellum Animæ siue septem  
Mansiones. III. Exclamations, vel Meditationes animæ ad Deum suum ...

**Teresa <de Jesús>**

**Coloniæ Agrippinæ, Anno M.DC.XXVII.**

Caput X. Ostendit non esse satis vt nos abstrahamus , ab eo, quod iam  
dictum est, nisi etiam nos à ipsis abstrahamus

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37994**

quia enim hi mercedem solum à Deo exspectant, hinc nos invenimus, sed qui à nobis mercedem queruntur, viso nos pauperes esse, & nulla ipsorum posse prodesse, quampnum in nobis iuuandis defatigantur, nam quamvis hoc non omnium, nec prouersus generale sit, ita tamen in mundo frequentius fit, nam ut paucis concludam, mundus est.

Si quis vobis contrarium consuleret, diceretque virtutem esse alter facere, ei credere nolite: si enim his omnia, quae à consanguineis proficiuntur, damna referrem, plus aequo me in scribendo debetem credere. Sed quia alij, qui, quid dicat, melius me sciunt quam ego, hactea scripsere, hinc satis sit quod hic dictum est. si enim ego que trahim imperfici sum, ipsum tam bene perspexi & intellexi, melius id certe intellectum sunt perfecti. quidquid nobis de mundo fugiendo deserendo doatur, (quod sancti omnes unanimiter nobis consulunt) certum est bonus esse. Credite igitur, ex omnibus quae mundi sunt, nihil, ut dixi, magis nobis adhæscere, & nihil esse a quo etiam ægrius auellamus, quam consanguineos. Quamobrem optimè faciunt illæ quæ patræ statuerunt, si videlicet hoc illis aliquo adiumento sit. neque enim in commemorationum sicutum esse existimo, ut solum corpus subducatur, sed, utrumque firmo cum proposito bonum Dominum nostrum Christum Iesum complectatur: quia enim in ipso reperit omnia, hinc facile obliuiscitur omnium. Quanquam maxime iuuet, ut tamdiu nos subducamus, quodque hanc veritatem perfectè intellexerimus: fieri enim potest post Dominum velle ut cum ipsis agamus, quod crucem nobis doner in eo, & quod voluntatem antea haurire solebamus.

## CAPUT X.

REFERT, NON ESSE SATIS UT NOS ABSTRAHAMUS  
eo quod iam dictum est, nisi etiam nos à nobis ipsis abstrahamus, &  
hanc virtutem, & humilitatem con-  
iunctas esse.

**V**erbis ergo iam animum à mundo & consanguineis abstracterimus, & tuis quibus conditionibus hic nos recluserimus, omnia iam perfecisse nos putabimus, ac nullum amplius nobis certamen supererit. Nolite, carissimæ, in hoc securæ esse, & securitatis huius prætextu obdormescere, aut quieti vos dare: alioquin enim fieri vobis, quod illi, quithoff suo optimè clauso, ne qui fures ingrediantur, quiete se ad dormendum componit; & interea intra domum suam continet. Nolis, non esse peiores fore, quam domesticum; proinde, quia nos ipsas ubique circumferimus, nisi valde circumspecte aduiglemus, &

vna quæque omni qua potest ratione contendat ( velut in re quæ maioris momenti est , quam reliqua omnes ) voluntarent suam in omnibus abnegare ; multa sunt , quæ sanctam hanc spiritus libertatem , quam querimus , vt is ad creatorem suum terra & plumbo iam minimè grauius euollet , auferre nata sunt. Insigne aduersus hoc remedium est , continuò , quam omnia vana sint , & quam <sup>Remediu-</sup>  
 citò prætereant , recognitare , vt sic affectus & cor à rebus adeò <sup>ad spiritus</sup> vili- <sup>liberatatem</sup> bus auellatur , & perperù duraturis applicetur ( Esto enim hoc , tenue <sup>comparati-</sup>  
 & simplex remedium esse videatur , animam ramen maximopere corroborat . ) Adhæc , vt etiam paruis in rebus magna reflexio & ad-  
 uerentia adhibeatur , vt , nimurum , statim atque in aliquam nos pro-  
 pendere animaduertimus , cogitationem nostram inde dimouere & auer-  
 tere , atq; ad Deū cōuertere studeamus . Et Maiestas illius in hoc nobis ad-  
 iumento est , magnamq; nobis in eo gratiā prestitit , quod hac in domo res <sup>Abnegatio-</sup>  
 omnis iā propè penitus confecta sit . Sed quia hæc nos seru ipsarū abnegatio <sup>sui durum</sup>  
 & oppugnatio , durum quid & grue est , ( quod nobis ipsis valde illigata  
 prop̄ simus , & nosmetipsas quā minimè diligamus ; ) hinc vera humilitas  
 hic se interponere potest ; hec namq; virtus , & prædicta illa , semper iun- <sup>Humilitas</sup>  
 sum incedere , & due sorores esse , quæ ab iniuicē disiungi nō debent , mi- <sup>& abne-</sup>  
 hidentur . Non hi consanguinei sunt , à quibus vos penitus diuelli de- <sup>tia sunt ma-</sup>  
 b̄e dico ; quinimò illos vos complecti ac diligere , & nunquam ab ip- <sup>gni pretij ,</sup>  
 sis desse cupio . O supremæ & primariae virtutes , omnium rerum cre- <sup>& duas joro-</sup>  
 turarum dominæ , mundi Imperatrices , quæ nos ab omnibus , quos  
 diabolus nobis tendit , laqueis & impedimentis liberatis , quæque à præ-  
 ceptore nostro Iesu Christo ita dilecta & caræ fuistis . Has qui habebit ,  
 audacter & liberè egredi , & cum vniuerso inferno simul collecto , cum <sup>Elegia illa-</sup>  
 toto mundo , eiisque occasionibus , pugnare potest . Neminem hic <sup>rum.</sup>  
 formidet , ipsis enim est regnum cælorum : non est quod vllum ti-  
 meat , omnium enim iacturam facere parui pendit , imò nē iacturæ  
 quidem nomine eam dignam existimat . solū metuit Deo suo disipli-  
 cere , cumque rogar vt in his se virtutibus conseruet & teneat , ne  
 sua eas culpa vñquam amittat . Hoc virtutes hæ ( vt verum fatear ) <sup>Qui eas ha-</sup>  
 proprium habent , vt coram eo qui ipsis habet , sese abscondant & <sup>ber , et se ha-</sup>  
 & occultept , adeò vt nunquam eas ipse videat , aut se eas habere vñ- <sup>bere non pu-</sup>  
 quam in animum queat inducere , esto id alij ipsis dicant : tanto interim <sup>sat.</sup>  
 eas in pretio habet , vt , quod eas habeat , assidue studeat & allaboret , quo- <sup>Mortifica-</sup>  
 tidieq; magis & magis in seipso eas perficiat . ethi qui eas habent , satis per- <sup>tioni & hu-</sup>  
 se agnoscebiles sint , & statim eas agnoscant & percipient illi qui cum ipsis  
 agunt , esto id ipsis nolint . <sup>mortificatio-</sup>  
 Verū ecquem ea demēria est , q; humilitate & mortificatione verbis coner- <sup>datione</sup>  
 extolle-

extollere, cū ipse Rex gloriae Christus ita eas extulerit & laudarit, & tā quos passus est laboribus, adeò confirmari! Agendum, filiæ meæ, hic ad laborandum est, ab Ægypto egrediendū: nam illas inueniendo, panem munietis cælestē & omnia bene vobis sapient ac dulcia videbūtur, etiāque mundanis hominibus amarissima & maximè insipida videntur. Anne omnia ergo procurandum nobis est, vt corporis hujus artiorem & affectum examus: nonnullæ quippe ita naturâ nostrâ corporeis commodationib⁹ & recreationib⁹ deditæ sumus, vt totæ propè in iis simus: adhuc ita derelictudine & sanitatem nostra sollicitæ, maximè vt mirandū sit, quale dieles certamen, præsertim Monialibus, qui etiam alijs hominibus, monant. Sed videtur nonnullæ Moniales, nullam aliam ob causam nonnastrum ingredi, quād ad sedulò procurandum ne vñquam morimur. Vnaquæque enim id pro posse suo, procurat & sagittat. Sed hic, ut verum fatear, perparua est ad hoc re ipsa faciendū, comoditas; at vellere ne quidem vlla ad hoc voluntas esset; firmiter apud vosmet ipsas proprie, carissimæ, non aliam ob causam huc venire vos, quam ut proprium Christum moriamini, non autem, vt proptet Christum delicate & mollescer corpus curetis. Hoc vltimum vñaque diabolus, ad præscriptum ordinis rigorem ferendum & obseruandum suggerit esse necessarium; indeo ordinem obseruare iam cupiunt, sine ullo, quō eum obtemperent, & conseruent, valetudinis dispensatio, antè vt mortiantur, quam ad metsem, ac fortassis ad diem, plenè Ordinem obseruarint. Nescio sāne quānam de causa huc veniamus: nolite, quæso, metuere, vt nobis hac in pte, vñquam defutura sit discretio, quod sāne per quam mirum esset. Utim namque ip̄sime Confessarij verentur, ne nos austerioribus ac paientijs ene cemus: quin imo, adeò hanc indiscretionem à nobis ipsi odimus, vt alia omnia si seruare & adimplere nos velle scio, illas quicunque agunt, parum curaturas quod ipsa moneam, vt i nec ego cuto, quod illas me ad modulum meum metiri velle dicant: hoc enim qui dicunt, verum dicunt. Hoc credo, & certissimè scio, plures me hac in re socias habere, quām habituras aduersarias, contrarium faciendo. Ipsa mihi persuadeo, propterea Dominum velle, vt plerumque & plerisque male veliamus: mecum saltem Dominis magna misericordia vius est, quod male plerumque fuerim valerudinis, nam cum ego me nihil minus laetare delicate habuissim, hinc me aliquam saltem ad hoc faciendum rationem habere voluit. Sed risu dignum est, videre quomodo nonnullæ hoc quod sibi metipsa inferunt, tormento grauatae incedant.

Interdum quidam eas impetus, ne dicam vesania, corripit ad indiscretas & immoderatas austeriorates, quæ nonnisi biduo ( vt ita loquuntur, subeundas, exinde diabolus ipsis suggerit, has valerudini & cerebro ipsorum

# S. Theresa

Opera

N. 11  
1556

*Corporis  
huius affe-  
ctus exuen-  
dius.*

*In Religio-  
ne quis vi-  
vit, vt Deo  
seruat, non  
autem vt co-  
moditates  
suis sette-  
tur.*

*Corporis de-  
liciente irra-  
tiādi curā  
suaderet dia-  
bolus.*

*Discretio-  
nem in au-  
sterioribus  
omnes no-  
numus.*

*Indiscreta  
penitentia  
carpuntur.*

ipsatum nocuisse, ac propterea suadet, nullas ut austерitates posthac amplius subeant, ne eas quidem quas Ordo præscribit, cùm iam sint expertæ quantopere eæ noceant. Ne paruas quidem Ordinis regulas (ut est silentium, vnde nullum nobis prouenire danum potest) obseruamus; & ecce, statim ac somniauiimus caput nobis dolere, chorum dia adire omittimus, cum nec hoc nos enecaturū sit. Primo quidem die, quia caput dolebat; altero, quia doluit, & tribus alijs diebus, ne denuo doleat. Et interea, è nostro ipse cerebro austерitates nouas comminisci volumus, vt tandem ne has, nec alias præstare valeamus: & subinde, malum ipsum nimis quam exiguum est, & ipse nobis persuaderemus ad nullam omnino austеритетem faciendam nos teneri, sed satis nos facere, ad eas omittendas facultatem petendo.

Dicetis ad hæc mihi, Cur ergo Præposita facultatem illam concedit? Respondeo; forsitan, si interiora cordis perspecta haberet, ipsam negaret, sed, quia necessitatem ipsi prætexitis, nec medicus, qui ad hoc simili informatione, quam antè ei facitis, coadiuuet, nec amica aut aliqua de consanguineis qua vos deploret, deest; misella superior, licet id subinde nimum ac superfluum esse videat, quid quæsto faciet? serupulum sentit ac vetetur ne forte in caritatem nimio rigore peccet; manuult ergo vos peccate, quam se, & nefas esse putat, sinistrè de vobis iudicare. Quid? Deus bone, haec querimonias etiam inter Monachas? Ignoscat ipse mihi, quod vereat, ne eæ apud illas iam in consuetudinem abierint. Sunt hæc huiusmodi, vt non possint non interdum contingere; ideo autem hic ea adferre vi sum est, vt ab ijs vobis caueatis. Si enim diabolus semel intimidare nos incipiat, ne quam iacturam sanitatis per austеритетes faciamus, nihil boni unquam efficiemus. Lumen nobis Dominus concedere dignetur, ad in omnibus sapienter & prudenter procedendum. Amen.

## CAPUT XI.

MORTIFICATIONVM MATERIAM PROSEQUITVR,  
deque ea mortificatione agit qua in morbis exer-  
cenda est.

Magna mihi esse videtur imperfectio, carissimæ sorores, nos semper ob parua & tenuia mala cōqueri. si ea quatenus ferre potestis, de iis conqueri nolite. Quando enim magnum est malum, per se, etiam nullo loquente, queritur; & est hoc aliud querela genus; & statim ipsum de fōris percipitur. Considerate, vos numero paucas esse: et si inter has aliquæ hanc conquerendi consuetudinem habeat, nimis quam sufficiens illa est ad alias omnes affligendas ac vexandas, posito vos inuicem amare ac diligere.

S.M.Teresa Opera.

f

Non facile  
conqueren-  
dum.